Lucernensi Spectatissimo, ac Matre Catharina Probstatt, matrona virtutibus sexum muliebrem condecorantibus exornatissima.

Infantiles, ac pueriles annos traducebat apud Rev. suum Patruum D. Nicolaum Langium S.S. Theologia Doct. primo Ettiswila pagi Lucernensis parochum vigilantissimum, dein Willisovii Civitatis sub eadem ditione sita Plebanum zelosissimum, nec non venerabilis Capituli Willisoviensis Decanum, ac Protonotarium apostolicum, qui eidem viam ad Pietatem et reliquas virtutes, tanquam Cristiana Religionis et honesta vita fundamenta, quam ad prima litterarum Rudimenta fideliter demonstravit, omnibus eius libellis Sapientissimi Regis Symbolum: Initium Sapientia Timor Domini, prafigens ut sic eam, quam auribus hauserat, doctrinam oculis suis in omnibus libellis obviam frequentius perlegere coactus, memoria altius imprimat.

Cum interim adolescentulus noster in dies semper majus in virtutibus, et litteris studium adhiberet; urit enim mature, quod vult urtica manere, pralaudatus ejus D. Patruus eum Lucernam misit, ut in Gymnasio R.R. P.P. Societatis Jesu virtutum ac studiorum exercitio animum omnimode excoleret, in quo magna cum laude pluribus sua diligentia pramiis, qua illustr. Senatus Lucernensis juventuti studiosa de virtutibus ac studiis bene merita gratiosissime elargiri solet, quotannis condeco